


1800





1608

23.
34

DISPUTATIO

De

IVRE TVTELARVM,

Quam

Annunte Deo ter Opt. Max.

Praside

DN. HENRICO ERNESTO HART-
MANNO VVolfferbytano.

Ex amplissimæ Juridicæ facultatis permissu,

In Illustri Academia Iulia priuati exercitij gra-
tiâ, defendere conabitur

BARTRAMVS SCHLIPHAKENIVS
SCHEPPENSTADENSIS.

Ad diem 22. Decemb.



HELMÆSTADI,
Ex typographeio IACOBI LVCI.

ANNO cl. l. clix.

24.





MAGNIFICO, NO-
BILISSIMO AC PRAE-
STANTISSIMO VIRO, DOMINO
ANTONIO von der Streitborst / HEREDITA-
rio in Schlistedt / & Reuerendissimi ac Serenissimi Prin-
cipis ac Domini, Dn. HENRICI IULII Episco-
pi Halberstad. Ducis Brunsvigensis
& Lunæburgensis consilia-
rio intimo,

Domino, Patrono ac fautori suo plu-
rimùm obseruando,

*Hanc suam Disputationem eâ, quâ
par est, obseruantia*

D. D. & offert

BARTRAMVS SCHLIPHAKENIVS
Respondens.

THESIS I.



Personæ quæ sunt sui iuris, vel suo relinquuntur arbitrio; vel alterius reguntur consilio; Hæ vel sub tutela vel cura sunt. Tutelam a definimus quod sit vis ac potestas b, in capite libero c, ad tuendum eum qui per ætatem se defendere nequit d, iure civili data ac permiffa. *Ad tit. de tut.*

a) §. 1. l. de tut. l. 1. ff. eod. quæ dicta est à tuendo, unde etiam tutores quos ius vult esse tutores atq; defensores, §. 2. l. d. t. l. 1. §. 1. ff. eo. l. 30. de adm. tut. Non tollitores, non fures. l. 33. de furt. l. 7. §. 3. pro emt. Hinc fit, quod ille, qui non ex fide gerit tutelam, tanquam suspectus remoueat. §. suspectus, s. l. de susp. tut. Adde l. 3. §. 5. l. 5. in pr. l. 6. ff. eod. b) Hæc verba effectum tutela in se habent: quæ loco generis ponuntur. Nec intelligi debent pro potestate violenta, ut voluit Accurs. Neq; pro virili seu frugifera, ut sentit Br. Theoph. verò ius legit pro vis, quod contra omnium exemplarium fidem est c.) Hæc verba materiam causam demonstrant, eorq; sensu, ad pupillum præcipuè pertinent, qui omnino sui iuris sit necesse est. l. mutuo §. fin. d. t. l. 239. pr. de V. S. Cuiac. 21. Obj. 23. Dis. Trentl. p. 2. D. 8. th. 1. lit. G. d) Hisce verbis finis tutela præcipuus ostenditur; siquidem ætas hæc fragilis est, ac infirma, & multis captationibus obnoxia, l. 1. pr. de minor. Hocq; congruit cum ratione nominis, ut iam dictum est, §. 2. l. de tut. §. 2. de act. tut.

2. Tutelam diuidimus in testamentariam, legitimam, & datiuam, nec pauciores eius diuisionis species esse arbitramur.

Propter expressam textum in l. Generaliter § 2. C. de Episc. & Cler. ar. d. t. l. de testa. tut. de legit. tut. de Attil. tut. Dis. Cuiac. in par. de tut. Ves. ad d. t. §. 2. n. 4. & d. l. 1. de tut. Ut tutela vel legitima sit, vel datiuam, & rursus datiuam, quam lex permittit, dari, vel à testatore, vel à magistratu: Quarum altera testamentaria, altera honoraria, vel datiuam in specie dicatur. Veruntamen hæc diuisio ordini titulorum non congruit; Ideoq; à diuisione, quæ communiter recepta est, non sine ratione discedendum putamus, cum pro ea sit text. expr. d. l. 52.

3. Prima species est testamentaria, quam definimus, quod sit tutela, qua pater liberis, quos in potestate habet, impuberibus sui Iuris futuris, testamento, vel codicillis confirmatis tutorem constituit.

§. 3. l. d. t. l. 5. l. 3. l. 8. l. 20. de testam. tut. l. 120. de V. S. *Quæ tutela reliquas duas*

duas omnino excludit ar. pr. I. de legit. agn. tut. ar. pr. I. de Attil. tut. Ad hanc tutelam requiritur patria potestas. Hinc est quod pater filio vel nepoti emancipato, non recte det tutorem, sed si emancipato datus fuerit testamento confirmandus est, ex sententia presidis, sine inquisitione in personam §. fin. I. de tut. tot. t. ff. C. de confir. tut. l. 4. de testam. tut. l. 69. §. 2. de legat. 2. l. 1. §. pen. l. 2. 4. §. de confir. tut.

4. Hinc oritur quæstio, an tutor filio emancipato datus, & decreto iudicis confirmatus sit testamentarius; an verò dativus: similiq; modo quæritur num filio exheredato, pater in testamento tutorem constituere possit? In priori quæstione concludimus, eum tutorem, qui non iure datus, & postea à magistratu confirmatus est pro dativo magis quàm testamentario habendum esse a, in posteriori affirmatiuè respondebimus b.

a) *Cum Cuiac. in par. C. de confir. tut. §. 7. obs. 7. CONTRA Donell. 3. com. 5. V. l. 26. l. 28. §. fin. de testam. tut. V. aliter Gædd. ad l. 130. n. 4. de V. S.*

b) *Quia propter exheredationem, filius non desinit esse in potestate patris l. filium 20. de honor. poss. contr. tab. l. 4. hic, §. 2. l. 31. de testam. tut.*

5. Testamento tutor dari potest, vel paterf. vel filiusf. a, vel seruus proprius & quidem purè b, vel alienus sub conditione c.

a) *pr. I. qui testam. tut. dar. poss. ar. l. 9. de his qui sunt sui vel alieni. iur. l. 7. de tut. l. 21. de adm. tut. b) §. 1. I. d. t. Hinc quæritur an seruus eo casu directam, an verò fideicommissariam libertatem consequatur: Prius affirm. l. 32. §. 2. de testam. tut. Secus autem est si seruus per errorem pro libero tutor datus est; l. 22. de testam. tut. ar. l. 9. C. de Iur. & fact. igno. l. 116. §. fin. de R. I. c) d. §. 1. in fin. d. t. Nec obs. l. 10. §. fin. de testam. tut. Cuius solutionem pete ex l. 28. §. 1. in fin. d. t. Hactamen omnia intellige, si cum personis que tutores dantur, testamenti factio sit, l. 21. de testam. tut. Eaq; sint mentis compotes, l. fin. C. de leg. tut. Maioresq; viginti quinq; annis, §. 1. Inst. qui testam. fac. poss. Nihilq; refert, pater tutores ad certum tempus vel ex certo tempore, vel sub conditione constituat, §. 3. I. d. t. l. 11. de testam. tut. Adde l. 3. §. idem de susp. tut. l. 77. §. fin. de condi. & demonstr. Certa autem rei dari nequeunt, §. 4. I. d. t. l. 12. 13. de testam. tut.*

6. Deficiente testamentaria tutela legitima ~~ita~~ succedit a, quam duplicem constituimus, Anomalam b & Ordinariam c.

Adt. I. de legit. agna. tut.

a) *pr. I. h. t. l. 11. de testam. tut. Quod tamen non obtinet in tutela heredis electoralis dignitatis vbi proximo agnato, ea vsq; ad annum*

18. de-

18. defertur, & hoc ius ei per testamentum afferri non potest. Quia ius publicum priuatorum pactionibus mutari nequit *ar. l. 4. de his qui testam. fac. poss.* Hoc ius est ex aurea Bulla Carol. 4. qua inter ius pub. refertur *ar. §. 6. l. de I. N. G. & C. l. 1. de const. pr. E.* testamento hoc ius proximo agnato auferri nequit. b) Quia hæc tutela præ cæteris matri & auia defertur Iure nouiss. *ut in seq. th. dicemus.* quod ius à Iure ordinario & regulari exorbitat, cum fœminæ dicto Iure (*intellige veteri*) à tutela munere arceantur, *l. 2. d. R. l. l. 26. in pr. d. testam. tut. l. 16. in pr. l. fin. d. tut.* c) *Quæ olim ex l. 12. tab. agnatis proximis deferretur, l. 1. d. leg. agn. tut. pr. l. eod. l. 73. d. R. l.* Quæ tutela verè legitima erat, quia expressis *l. 12. tab. verbis agnato competebat.* Eoq; sensu patronorum tutela, erat verè legitima, quia in patronis erat eadem ratio, quæ in agnatis, *tot. tit. l. de success. libert. lit. E. idem Ius. sc. tutela administratio. ar. l. 10. cum seqq. ff. d. l. l. illud ad l. Aquil. Parentum v. tutela vicè legitima vocatur, l. 3. §. fin. d. legit. tut. ar. l. 1. in pr. & §. 1. si quis à parentib. manumiss. & c. Adde tot. t. d. legit. parent. tut.* Huc referas fratrum tutelam, *tot. t. l. d. fidu. tut.* Iustianus autem cum sustulerit agnationis & cognationis differentiam, proximos quosq; heredes ad legitimam tutelam vocat. *Nov. 118. c. 4. ar. d. l. 73. d. R. l.*


7. Dictum est quod mulieres Iure veteri omninò à tutela arceantur: sed illud hodie per Ius nouissimum a, in matre & auia immutatum est, adhibitis nimirum certis conditionibus b.

a) *Auth. matri C. quan. mul. tut. offic. Nov. 118. c. 5.* Nec nobis obs. *d. l. 77. d. R. l.* Hæc enim causa cessat in dictis personis, & ad proximos heredes pertinet: Sed alia hic subest ratio, nimirum amor singularis erga liberos, *ar. l. 14. C. qui accus. non poss. l. 22. ad leg. Iul. de adult.* Quæ tutela sc. matris hodiè rectè legitima dicitur: quia l. est introducta, *l. 2. C. quando mul. tut. offic.* Inde dicimus quod hæc tutela à testatore testamento prohiberi nequeat, *arg. l. 5. de leg. tut. d. Auth. matri* b) *Vt nimirum omnib. ll. auxilijs specialiter, Nov. 94. c. 2. l. 3. in fin. C. d. tit. Treutl. d. loc. lit. E.* Secundis nuptijs *l. 22. C. de administr. tut.* Et Scto Vellei. apud a. *cta, d. Auth. matri,* renunciat.

8. Legitima si cessat, datiuua venit, quæ nec Imperij est, nec Iurisdictionis: Sed ei soli competit, cui nominatim lex permittit.

§. 1. l. d. Attil. tut. l. mutuo §. 2. d. tut. ar. l. 8. de tutor. & curator. dat. ab his, & c. Coras. 5. Miscell. 24. & ad l. 1. d. Iurisd. n. 18. & seqq. Hodiè cuius magistratui tutoris datio iure magistratus competit, *Schneid. in §. nos*

Ad tit. d. Attil. tut.



antem l. d. t. v. Reformat. guter Pollicey zu Nuspurg Anno 1584. auffge-
richtet tit. von der minderjährigen Kinder tutorn, §. 1. & 3.

9. Cùm dictum sit de personis, quæ tutores dari possint: sequi-
tur iam de ijs, quæ dari non possint: Quædam prohibentur à na-
tura; quædam à lege. A natura, vt sunt furiosi, mente capti, prodi-
gi, &c. a lege, vt sunt serui, & qui non habent ius ciuitatis Roma-
næ b.

a) l. 10. de tut. l. 10. §. si furiosus. de testam. tut. §. Item maior l. de excus. tut.
l. fin. C. de legit. tut. l. 3. qui tutor. dar. Borch. ad pr. l. de Auth. tut. Ob sexus
infirmittatem mulieres à tutela arcentur v. th. 6. b) l. si quis tutorem. de te-
stam. tut. l. in seruili C. qui dar. tut. poss. ar. l. militem. C. d. proc. Creditores &
debitores pupilli Auth. minoris C. d. t. Nou. 72. Sicut & hodie mater &
auia debitrices, Auth. ad hac etsi C. d. tit. Adde l. 21. §. qui & in legat. d. tut.
& curator. dat. l. vn. C. si contr. mat. volun. Vbi Cuiac. in parat. Quod tamen
non extendimus ad vitricum. l. 32. §. 1. de Adopt. l. fin. C. contra Ind. tut.

Adt. d. sa- 10. Requisita tutelæ ita constitutæ, quæ à tutore legitimo modo
tisdat. tut. est suscipienda, sunt tria. 1. Satisfactio a, 2. Iuramenti præstatio b, 3. In-
uentarij confectio c.

a) Quæ fit de indemnitate pupilli §. 1. l. d. satisfat. tut. seu rem pupilli sal-
uam fore. l. 4. §. 1. rem pup. salu. for. l. 3. 4. C. d. tut. qui sat. non ded. l. muto. §. 1. d.
tut. Hæc fit fideiussorib. §. 1. l. d. t. l. 4. §. 1. d. t. ar. l. 1. in fin. qui satisfar. cogunt.
l. 7. d. prætor. stip. Quibus fideiussoribus beneficium D. Hadriani non
competit, l. fin. rem pup. salu. for. b) Quo iuramento sanctè promittit, se
absq; dilatione pupilli defensionem suscepturum, & omnia facturum, quæ
sunt utilia, & prætermitturum, quæ sunt inutilia, l. fin. §. pen. C. d. Administr.
tut. Nou. 72. c. fin. c) l. 7. de administr. & peric. tut. l. tutores. C. eod. l. 3. §. tuto-
res. de susp. tut.

ii. Non omnes verò tutores satisfant, Iure Iustiniano; sed tan-
tum legitimi, & à testatore extraneo, vel à Magistratu, sine Inqui-
sitione dati a: Hodie verò omnes omninò indistinctè b.

a) pr. l. de satisfat. l. 17. de testam. tut. l. 5. de conf. tut. Hanc verò satisfatio-
nem exigit pupillus, si præsens sit. l. 6. l. 9. rem pup. salu. for. Aut si pupillus absit,
vel fari nondum possit, alius pro eo satisfationem rectè exigit, & stipulatio-
nem eo nomine interponit, l. 2. 3. d. t. l. 1. §. 15. de magistr. conuen. Ex qua stipula-
tione pupillus rectè agere potest, l. 1. l. 4. §. 6. rem pupill. salu. for. b) Ex rdina-
tione Polit. Carol. V. in Reichsabschieden Anno 1518. habitis, t. 31. §. 4. & Anno

77. 1. 33. repetitis: eaq; fit. Bey verpfändung aller ihrer Haab vnd Güter/so viel der hiezu von Nöhten.

12. Haecenus diximus de speciebus tutelarum; sequitur iam de effectu earundem, qui est officium, quod consistit in duobus i. in *Auth. tut.* Autoritate, quæ est approbatio eius, quod cum pupillo agitur.

Cuiac. in parat. ff. de author. tut. que in quibusdam causis pupillo necessaria est, in quibusdam non, pr. l. de auth. tut. l. 28. in fin. pr. de pactis, Quia verò in his casibus quibus pupillus obligatur, fit eius conditio deterior; sequitur inde, quod ex nullo contractu obligetur pupillus, minor septem annis, ne quidem naturaliter, etiam tutore auctore: quia nullus est contractus sine consensu l. 1. §. 1. de pact. Atqui in illo nullus est consensus, l. 5. d. R. I. §. pupillus. l. de inut. stip. Quod etiam extendimus ad pupillum pubertati proximum, l. 5. in pr. & §. 1. l. 2. l. 13. de Auth. tut. §. 1. 2. 3. l. eod.

13. 2. In administratione, quæ est officium, quo tutor quicquid omninò pupillare, bonâ fide gerit: quod rursus est in duobus. i. in Persona a, 2. in Reb. pupilli b.

a) quæ potissimum requirit educationem plenè acceptam l. fin. de alim. l. 2. C. de alim. pup. prestan. b) quæ consistunt i. in conseruatione, quæ fit aut in genere, ut prestando dolum, latam & lenem culpam, l. 1. in pr. de tut. & ratio. dist. l. 33. de admin. tut. An & leuissimam? V. Dn. Henr. Cranium in explic. l. 23. cap. 82. per tot. ff. de R. I. aut in specie, quæ partim est in debitorum exactione, partim in actionum persecutione 2. Auctione, qua pupillo acquirat pecuniam pupillarem fœnori dando V. Nou. 72. c. 6. & prædia comparando 3. Iustaq; expensione, de qua V. tot. tit. ff. & C. de administr. tut.

14. Huc vsq; diximus de causis tutelam constituentib. sequitur *Ad tit. I. de causis eam dissoluentibus; quam causam duplicem constitui- quib. mod. mus, Intrinsecam a: Extrinsecam, id quæ ex persona vtriusque, ta- tut. fin. toris & pupilli b: Vel pupilli c, vel tutoris tantum d.*

a) De qua in §. 2. l. quib. mod. tut. fin. l. 14. de tut. §. fin. l. 9. §. si testamento. de tut. & ratio. distrah. b) De qua re in §. 3. l. d. tit. l. 4. de tut. & ration. dist. Adde l. 4. C. de legit. tut. l. 4. C. in quib. caus. tut. Et in §. 4. l. d. t. §. 1. l. eod. l. 14. 15. de tut. ar. l. 3. in fin. de cap. min. Et tot. l. l. eod. l. 6. de Interd. & relegat. c) pr.

120
FC.

c) pr. l. d. tit. l. 25. & seq. de tut. & cur. dat. ab his & c. Adde d. §. 4. ar. l. fin. in pr. de curat. fur. Hæc capitis sc. minima diminutione, legitima tantum agnatorum tutela perimebatur. d. §. 4. §. fin. l. de legit. agnat. tut. Hodie illud immutatum est per Non. 118. c. 4. & 5. Doneil. 3. com. 6. circa fin. & c. 14. Diss. videtur Treutl. par. 2. D. 8. th. 7. lit. F. d) Hoc fit LEGITIMA EXCUSATIONE de qua V. tot. tit. ff. & C. de excus. tut. Qui in omnib. in genere ll. Dd. excusationem tribuunt mihi errare videntur, ar. l. 6. §. 12. de excus. Vbi Cuiac. Myns. ad §. item Roma 15. num. 4. & Schneiden. num. 7. Adde l. 30. princ. de excusat. Nihil enim magis conuenit ll. Dd. quam tueri pupillos, & magis presumuntur idonei ad tutelam gerendam, quam ceteri homines. Add. Treutl. par. 2. D. 4. th. 1. lit. G. An etiam tutores legitimi se excusare possint, non minus quam testamentarij & datiui, V. variantes. Cui. ad Vlp. t. 11. verbo, abdicare §. 7. ac ad l. 13. de excusat. tut. Gothofred. ad l. 10. §. 7. ff. eod. D. Borch. ad pr. l. de excusat. VVes. ac Myns. ibi. Sed excusare se posse, omnis generis tutores verius est ar. l. 3. §. 7. de leg. tut. l. 1. C. eod. l. sororis 9. C. qui dar. tut. poss. Non. 118. c. 5. Quicquid etiam dixerint Cui. & alij. Et REMOTIONE, de qua V. tot. tit. l. ff. & C. de excus. tut. Sed hæc valde controuertitur an suspectus, remotus ob latam culpam fiat infamis? Quod cum lata culpa dolus sit, l. magna negligentia 226. de V. S. l. 1. §. si is qui testam. lib. es. ius. affirmare non verentur. Contra Schneid. & VVes. ad d. §. 6. & VVes. in parat. ff. de his qui not. infam. n. 4. Sed num rectè, ipsa dabit collatio. Vid. Dn. Cranium in repetit. l. contractus 23. c. 83. per tot. ff. de R. I.

F I N I S.





ULB Halle 3
003 913 791



56,

1017





1608

DISPVATIO

De

IVRE TVTELARVM,

Quam

Annunte Deo ter Opt. Max.

Preside

DN. HENRICO ERNESTO HART-
MANNO VVolfferbytano.

Ex amplissima Iuridicae facultatis permissu,

In Illustri Academia Iulia priuati exercitij gra-
tia, defendere conabitur

BARTRAMVS SCHLIPHAKENIVS
SCHEPPENSTADENSIS.

Ad diem 22. Decemb.



HELMAESTADI,

Ex typographeio IACOBI LVCL.

ANNO clb. lb. clIX.

24.

1608, 17M

23 1.
34

